



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput quadragesimum primum. Jesus surdorum aures aperit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IX.

425

tum super oculos ejus, & dixit ei, Vade & lava in natatoria Siloe (quod interpretatur Missus.) Abiit ergo, & lavavit, & venit videns.

Joh. 10. 21. Alii dicebant, Hec verba non sunt Demonium habentis. Numquid Demoni potest oculos aperire?

Job. 11. 37. Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?

## CAPUT XLI.

**J**esus surdorum aures aperit.

ISA. 29. 18. Et audient in die illa surdi verba Libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt.

Isa. 35. 4, 5. Deus ipse veniet, & salvabit vos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patetbunt.

Isa. 42. 18. Surdi audite, & cæci intemini ad videndum.

MATTH. II. 4, 5. Et respondens Jesus ait illis, Euntes rennitate Iohanni quæ audiatis & vidistis: cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt. Et Luc. 7. 22.

Marc. 7. 32, & seq. Et adducunt ei surdum mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba scorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & expuens tetigit lingua ejus; & suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi, Ephphatha, quod est Adaperire: & statim aperte sunt aures ejus, & solutum est vinculum lingua ejus, & loquebatur recte.

Marc. 9. 24. Et cum videret Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introras in eum: & exclamans, & multum desperringens eum, exiit ab eo.

## CAPUT XLII.

**J**esus mutorum linguam solvit.

SAP. 10. 21. Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantiū fecit discertas.

Isa. 35. 4, 6. Deus ipse veniet, & salvabit vos..... Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperietur eis lingua mutorum.

MATTH. 9. 32, 33. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, demonium habentem, & ejecto demonio locutus est mutus. Et Luc. 11. 14.

Matth. 12. 22. Tunc oblatus est ei demonium habens, cæcus, & mutus; & curavit eum, ita ut loqueretur & videret.

Matth. 15. 30, 31. Et accesserunt ad eum turba multe habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecserunt eos ad pedes ejus, & curavit eos; ita ut turba mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes.

Marc. 7. 32, & seq. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat ei manum. Et apprehendens eum de turba scorsum, misit digitos suos in auriculas ejus, & expuens tetigit lingua ejus, & suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi, Ephphatha, quod est Adaperire: & statim aperiuntur aures

Hh b